

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eilhard Lubin Jonas Vinitor

**Disputationum De Veritate Religionis Christianae, Ex P. Mornaei, De Eadem Libro
: Vigesimateria, Quod Jesus Christus Filius Dei Est, Contra Gentium Fidem**

Rostochii: Reusnerus, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756650399>

Druck Freier  Zugang



R U. Theor.
Lubinus, Eilh.
Disp. de veritate relig.
christianae 1-24.
1602:03.
1601-1602

Contenta:

①	Frid. Crispius, De veritate religionis christiana	I
②	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr.	<u>II</u>
1601		
③	Hart. Hallerordensis, De ver. rel. chr.	<u>III</u>
1601		
④	Joh. Speculum, De ver. rel. chr.	<u>IV</u>
1601		
⑤	Abr. Dantrot, De ver. rel. chr.	<u>V</u>
1601		
⑥	Ph. Frisius, De ver. rel. chr.	<u>VI</u>
1601		
⑦	Pet. Boethius, De ver. rel. chr.	<u>VII</u>
1601		
⑧	Boc. Regius, De ver. rel. chr.	<u>VIII</u>
1601		
⑨	Dav. Nicolai, De ver. rel. chr.	<u>IX</u>
1601		
⑩	Joh. Wataham, De ver. rel. chr.	<u>X</u>
1602		
11	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr.	<u>XI</u>
1602		
12	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr.	<u>XII</u>
1602		
13	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr.	<u>XIII</u>
1602		
14	Frid. Crispius, De ver. rel. chr.	<u>XIV</u>
1602		
15	Dar. Reoxilius, De ver. rel. chr.	<u>XV</u>
1602		
16	Hart. Hallerordensis, De ver. rel. chr.	<u>XVI</u>
1602		
17	Ph. Frisius, De ver. rel. chr.	<u>XVII</u>
1602		
18	Wenz. Fabritius, De ver. rel. chr.	<u>XVIII</u>
1602		
19	Joh. Frisius, De ver. rel. chr.	<u>XIX</u>
1602		
20	Pet. Boethius, De ver. rel. chr.	<u>XX</u>
1602		
21	Agn. Nicolai, De ver. rel. chr.	<u>XXI</u>
1602		
22	Joh. Wataham, De ver. rel. chr.	<u>XXII</u>
1602		
23	Joh. Vinitor, De ver. rel. chr.	<u>XXIII</u>
1602		
24	Paul. Fichtius, De ver. rel. chr.	<u>XXIV</u>
1602		

Rostock un. 1602

Disputationum
DE VERITATE
RELIGIONIS
CHRISTIANÆ,
EX P. MORNAEI, DE
EADEM LIBRO,
Vigesimatercia,
23
QVOD IESVS CHRISTVS
FILIVS DEI EST, CONTRA
GENTIVM FIDEM.

Quam
DEO DVCE ET AVSPICE
PRAE S I D E
EILHARDO LVBINO,
In alma Rosarum Academia defen-
dere conabitur
IONAS VINITOR
Verdensis.

Hora 5 loco consueto.



ROSTOCHII
Exprimebat Christophorus Reusnerus,
ANNO M. D. C II.

CC



ΣΤΝ ΘΕΩ.
DISPV TATIO VICESIMA TERTIA.
QVOD IESVS CHRISTVS FILIUS
DEI EST, CONTRA GENTIVM
FIDEM.

I.

Demonstratum haec tenus scripturas à Deo esse, & Messiam tales, qualis apparuit, prædixisse, unde eum recipiendum esse contra Iudæos convicimus, relinquitur, ut Ethnicis idem per rationes demonstremus.

2. Probatum a superiùs Ethnicis, Homini ad vitam æternam creato, & per lapsum à Deo alienato purgatione universali opus esse perficiendâ per unam ex tribus personis quæ Deus & homo esse, debuit, ut moriendo de Morte possit triumphare.

3. Principio gentes etiam de Mediatore aliquid inaudijisse, testatur apud gentes Prophetia Balaam, & alia, cuius Seth autor fertur, & Iobi Edomei, Et Sibyllæ, præsertim Erythræa, quæ de Christo eiusq; miraculis non aliter vaticinata atq; si Evangelium describeret, & de cuius ingenuitate nihil dubitandum esse testatur Cicero in lib. de divinat. in Epl. ad Lentulum; Virgil. Eclog.

4. Secundarius, Verianus Pictor, Marcellinus Orator, qui eius lectione Christiani facti sunt. Testatur etiam Prophetia Hystaspis cujusdam. Quâ filium Dei mundum contra se suosq; insurgentem superaturum prædictit.

4. Deniq; Ethnici vaticinia de Christo dispersis inter se Iudeis ex sacris libris, quorum integratam Iudei morte suâ confirmare parati erant, hauserunt. Vnde Cicerio legem aliquam æternam Deo legislatore, quem accessurum exspectarit, nobis constituendam esse dicit, quo solo salvi esse possumus.

5. Hanc legem à Christo latam esse testatur initio admirabilis eius regni præter contraq; naturam progressus. Quid enim mundo inceptius concione illa pœnitentiam esse faciendum & Evangelio esse credendum. Quid mundo absurdius, quam regnum augere, cuius subditos jubeas omnia mundi bona abjecere

omnis generis ærumnas, ignominiam & mortem subire : Quod mundani reges amplissimis huius mundi honorum & munerum pollicitationibus & vix sæpe efficiunt.

6. Alexandrum miramus qui 40000 militibus orbem subegit, si paucioribus idem fecisset magis miraremur, maximè vero si paucis milite quasi cedendo victus & cæsus mundum contra naturæ ordinem vicisset. Quanto magis mirandus Iesus, qui pauperimus natus, pauculis rudibus pescatoribus cruce calamitate & horrendis supplicijs in hac vita propositis ut se comitantur persuasit, ipse inter latrones moritur, discipuli fugantur. Hunc tamen postea prædicantes discipuli morte contemtâ vastissimas regiones & potentissimos papulos ad ipsum pænè 40 annis convertunt.

7. His addé cursui huius doctrinæ obstatissime crudelissimos imperatores scholas pueris claudentes, pueros in odium Christi à primis unguiculis nefarijs artibus instituentes, Iudeos Christum in omnibus terris virulentissimè criminantes, & carnem deniq; ipsam repugnantem, quo minus credatur in Iesum tanquam vilem hominem, Deum crucifixum, idq; discipulis mundi quisquilijs, ut extremis periculis & morti te exponas.

8. Interim tamen fremente mundana potentia & sapientia vincit Christus & mundo prædicatur, cumq; Summi reges Romulus, Alexander, Domitianus, extremis minis non impetrarint ut à populo Dij cederentur: ijsdē à minimo discipulo Christi non extorquere potuerunt ut Christum Deum negaret. Quæ admirabilis rerum in mundo contra naturam mutatio Deo soli accepta referri potest.

9. Hunc admirabilem regni Christi & repentinum progressum testantur historiæ Suetonij, Taciti, qui Imperatores ut Christianos tollerent, omni dolo vi & tyrannide sollicitos fuisse memorant; contra quos leges latæ, libri ab Vlpiano conscripti; quorum ope Aurelius Imperator Quados & Marcomanos in Germaniâ fulmine cælitus impetrato divicit, & qui deniq; pauculo temporis spatio omnia loca teste Tertulliano impleverunt, etiam ad gentium terrorem.

10. Quid? quod Tiberius à Pilato edocetus Iesum in Deorum numerum retulerit, Vespasianus Iudeorum mastix à Christians

stianis abstinuerit, Trajanus, Marcus Aurelius, Antoninus persecutio-
nem Christianorum mitigarint, cum didicissent persecutione ecclesiam
Christi stabiliti. Contra licet Nero, Domitianus, Valerianus, Commo-
dus, Maximinus, Decius crudelissimis persecutionibus in Christianos
sevirent vi, dolo, nihil tamen agunt, & tandem imperatores sequentes
ipsi collum jugo Christi iubentes subdunt.

11. Testantur idem Dæmones profligati, & abolita nato Christo
oracula, quibus auctores passim implentur. Cum Apollo ipse fatetur
Augusto, se à puerō Hebræo exigi, cui puerō Augustus aram primoge-
niti Dei consecrat; cum Invenalis & Strabo oracula Delphicum, Dodo-
naum, Clariū, Ægyptium obmutuisse fatentur, ipsi Diaboli oraculis va-
ledicentes miserrime conqueruntur. Cuius defecatus rationem cum ex-
quireret Plutarchus, Dæmones ipsis praefectos mortuos suspicatur, ad-
ducta historiâ de Epitherse, ubi Diabolus Pana dæmonem mortuum
esse singit.

12. Hinc Apollo ipse iustos Christianos sibi os obturare, ossa sancto-
rum martyrum sibi obstarere Diocletiano & Julianu Imp. fatetur, Et Porphy-
rius conqueritur, ex quo Iesus colitur nihil se utilitatis à Dijs consequi.

13. Deinde Christiani se Dei virtute Diabolis imperare periculum
coram omnibus Ethniciis judicibus se facturos aperte offerebant, Vnde
Ethnici præsente Christiano Dijs suis non litabant, sed prius solenne il-
lud proclamabant: Exeant Christiani. Et Julianus ipse imbecillitatem
Dæmonum & Christi virtutem expertus fuit, teste Zosimo: & cum cu-
riosi quidam principes Deos gentium arte Magicâ evocarent, solū Chri-
stum nullis carminibus evocare potuerunt. Quid? quod viatimæ huma-
næ dijs immolari solitæ simul cessarint, tempora Deorum vel clausa vel
diruta sunt.

14. Miracula porro Iesu omnem creaturæ modum excedunt, quæ
Pilatus epistolâ ad Cæsarem testatur, nec Iudei, Turcae, Apollo ipse in-
ficiatur. Julianus ipse dū ipsum cæcos & claudos curasse fatetur, Deum
fuisse concedere cogitur, quod ne cogeretur Iesum arte quādā miracula
fecisse finxit, eamq; Petro & Paulo decâsse, qui Magiæ peritissimi Chri-
stianam religionem 360 annis durabilem feeerint. Quæ frigidæ nugæ
seipſas ultrō refutant.

15. De Magiæ n. vanitate satis constat ex antea dictis, quam cum
Julianus evexisset quantum potuit, nullum tamen miraculum edidit,

nec Christi miracula magia suâ obscuravit, nihilq; præter Panicos pa-
vores ab illâ re portavit.

16. Vanior Avicenna qui miracula illa validissimæ Phantasiæ attri-
buit, Iesum Deum esse creditum: qui licet Phantasiæ ex suæ gentis
more vel maximè deditus esset, nullum tamen miraculum edidit,
nec facultate imaginandi innatâ illud potest, quod Apostolos adventitiâ
de Christo phantasiâ facere dicit.

17. Prophetiam etiam Iesu fatetur Phlegon, & omnia quæ prædi-
xerat ad amissim impleta esse.

18. Deniq; si Christus per principem Dæmonum fuisse operatus,
non ad cultum Dei, ad amorem proximi fuisse hortatus, verbo pariter
& exemplo; non Dæmonum templo & aras evertisset. Sia. Dæmon Ie-
su doctrinâ contra Deum juvatur, ut veteratores quidam perhibent,
reddant rationem quâ suam virtutem in miraculis Christi expressam
Deus sui hostis famulo contra se indulserit.

19. Est ergo Iesus salvator mundi, cuius hostes crudelissimas pœ-
nas dederunt, qui se Dei filium vocat, ita vocari postulat, naturæ impe-
rat, in cuius nomine Apostoli miracula fecerunt, ut Prophetæ in Dei no-
mine, & qui ob id Deus, Deiq; filius.

20. Hisce adducti Ethnici Iesum magnum quidem virum fassí, sed
Deum esse negarunt. Verum quia Iesus miracula illa non nisi à Deo fa-
cere potuit, Ergo aduersarius Dei non fuit; qui fuisse si Deum se vendi-
tasset, cum non fuisse.

21. Turcæ Spiritum Dei Iesu in auxilium venisse non negant, eumq;
esse nuncium Spiritum, Verbum Dei æterni, eiusq; doctrinam perfe-
ctam, vetus testamentum illustrare: qui dum filium negant, sibi con-
tradicunt.

22. Quod Julianus Socratem, Lycurgum, Alexandrum Iesu præ-
ferre conatur, morbo animi facit; Cum Socrates more hominum in
multis peccatis vixerit, quarum nullum Christo vel ab hostibus imputa-
tur. Lycurgi autem leges ubi jam sunt, cum Christi lex toti mundo im-
perans æterna sit. Alexander deniq; externâ potentia occidendo orbe
subegit, cuius regnum cum ipso sepultum est. Christus vero debilis,
inops, contemtus, moriendo mundum vincit, & post mortem de illo
triumphat, cuius imperij nullus finis.

23. Porro in primis Christianis insignem Virtutem, Probitatem,
Iusti-

Institiam, contemtum mortis suisse, non, ne crimen detegant, sed ne virtutem & veritatem taceant, ne ipsi quidem hostes Christianorum negarunt.

24. Astrologi mutationem illam repentinam, quâ Deorum cultus eorumq; oracula cessabant, ad constellationem referunt, quâ mundum in 7. climata dividunt, & pro diversis cæli imaginibus singulos Planetas singulis climatibus dominari supponunt, quæ vesanorum hominum opinio cum à Bardesane Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat refutari non meretur.

25. Cum n. singulis climatibus totæ regiones, urbes, oppida, familiæ, homines insint diversissimis sëpe religionibus inabuti, qn̄ insaniâ suam defendant ipsi viderint. Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ maneat, qui jam illa religio in totum orbem disseminata est, proprio climate extorris?

26. Quod alij magnas Planetarum conjunctiones Religiones facere dicunt, alij, Iovis & Saturni conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Iovem cum H Iudaicum, cum ♂ Chaldaicam, cum ☽ Agyptiam, cum ☽ Mahomedicam, cum ♀ Christianâ, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias maximas conjunctiones, interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ recitando & cogitando senex fio) prius inter se insulsi & insani convenienter, ante quam alios sibi accedere postulent.

27. Si etiam Religiones à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis non cessant? Cumq; Religio Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat, producant quæsto ullâ eius nativitatis tempore talem conjunctionem. quod nequeunt. Cumq; tantum ex Astrologorum somnio sex esse possint Religiones unde tanta multitudine etiam in una familiâ.

28. Deinde ignorant unde Religionis Thema erigere debeant à fine eius quæ occidit, an principio eius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu genesis, de qua Astrologi, ineptias suas Christianis intolerabiles satis impie prodiderunt.

29. Qui etiam in unius hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regiones, nationes, earumq; Dij, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipsum Iudicio astra mentes non cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis eadem genesi nasci potuerit.

30. Quid? quod earum contemplationum vanitatem eventus ipse manifeste comprobatur, qui Rel. Christianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Albusamar ad 1460 annum extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, & suo more fædissime lapsi sunt.


31. Miracula porro Christi per Magiam facta esse contendunt exemplo Simonis Magi, Apollonij Thyanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo ipso quod se Iesum mentitus sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica Magia tandem cognita & rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-

32. Apollonius Achillis umbram evocavit, augurium ex lezā captavit, & nostro tempore Necromantes idem possunt. Puellæ vitam restituit, quod pelleto in cadaver Diabolo nostro sæculo etiam magi norunt. Et cuius quæsiti honores, statuæ, libri de antro Trophonio scripti, una cum domino suo perierunt. Appuleius vix cum honesto viro, comparari possit, cuius infamis Magia, & libido vel ipsius testimonio, ipsum in Asinum transmutarat.
33. Vespasianus Alexandriæ cæcum curasse dicunt, quod Tacitus negat, & falsum id esse indicant adulatores eius, qui ob id Syriæ oraculum ad ipsum retulissent, & regem Dominumq; orbis appellassent.
34. Quod a. miraculis Christi credendis ulterius miracula postulamus; absurda postulamus; cum miracula assidua miracula non censeantur, cumq; miracula tantū raritate constent. Cuius rei exemplū in Iudaico populo, qui rorē cælestem, quo miraculose sustentabatur, amplius p. miraculo nō reputabat, præsidij fidei ad diffidendum abusus. Dei ergo non nostro arbitratu miracula instituuntur.
35. Nec deniq; cum Christo comparari meretur Mahomed, qui seditione inter Arabes excitata ab Heraclio defecit, quem cives Mechæ furti & latrocinijs damnarunt, qui in Alcorano se Idolatram, adulterum, & lascivum, ne brutis quidem parentem profiteatur.
36. Quod a. imperium dilatarit non mirum, ut qui subditis suis humanorum adfectuum freна fuissest laxarit, doctrinam ex novo & veteri testamento compilarit, quam excutere crimen est capitale, qui non miraculis, & patientia, ut Christus & discipuli eius, sed copijs militum & vi fidem sibi conciliat, & vincit, interea Iudæis, Christianis, & multis alijs sectis blanditur.
37. Nempe Mahomed à suis habetur Propheta sine prophetiâ, legislator sine miraculis; in cuius doctrina adeo multa absurdæ, inepta, & somnijs delirantium propinquæ, ut satis pateat malitia & stultitia eius, qui & homo sceleratus erat, & talis hominis more operabatur.
38. Quod Julianus objicit absurdum esse hominem Deum esse, non observat id & ad Dei gloriam pertinere, cuius Sapientia ut hominem creavit, illum & recreare debuit; & ad hominum salutem, cuius hominis infinitum peccatum non nisi Deus & homo solvere potuit, eius arrogantiæ peccatum humilitas mediatoris tantum potuit tollere.
39. Nec quærere potest, qui fieri potuerit, cum id in AEsculapio suo concedat, & Amelius suus λόγος Dei carnem assumisse fateatur, nec negare possit mirabilem illam animi & corporis conjunctionem.
40. Quod quæritur cur Iesus eo demum tempore venerit, sciendum voluntatis Dei cauissimæ queri non posse. Interim initio mundi ipsum exhiberi statim non debuisse, hinc patet, quod homo lapsus ex legis disciplinâ imbecillitate suâ cognitâ gradum Dei ardenter deberet amplecti, per illum qui singulis ætatibus à prophetis prædictus est. Cuius adventus si primos homines incautos occupasset, sequentes aut oblivio aut negligentia eius incessisset.
41. Vnde contra Ethnicos & Iudeos jam concludimus Iesum Mariæ filium Messiam esse, qui natus est qualiter à Prophetis fuit prædictum, qui talia praestitit quæ nemo hominum, mediator inter Deum & homines, una salutis via & semita Iesus Christus, cui laus & gloria. Amen.

4W1068





ortis fuisse, non, ne crimen detegant, sed ne viriant, ne ipsi quidem hostes Christianorum ne-

tionem illam repentinam, quâ Deorum cultus nt, ad constellationem referunt, quâ mundum c pro diversis cæli imaginibus singulos Plane-
tominari supponunt, quæ vesanorum hominum Syro satis refutata sit, seq; ipsam explodat re-

climatibus tot regiones, urbes, oppida, familiæ, imis sâpe religionibus inibuti, qñ insaniâ suam

Cumq; Planeta climatis religionis Iudaicæ ligio in totum orbem disseminata est, proprio

as Planetarum conjunctiones Religiones facere i conjunctiones tantum, alij Iovem tantum, alij Io-
n Chaldaicam, cum ☽ AEgyptiam, cum ☽ Mahu-
â, cum ☽ Antichristianam, Addunt a. magnas medias
interq; se de religionis domo varie contendunt (quæ
ex fio) prius inter se insulsi & insani convenient, an-
postulent.

es à conjunctione Stellarum dependent, cur cum illis
io Christiana tantæ sit durationis, tamq; latè pateat,
nativitatis tempore talem conjunctionem. quod ne-
x Astrologorum somnio sex esse possint Religiones
m in una familiâ.

nde Religionis Thema erigere debeant à fine eius
ius, quæ oritur aut deniq; legislatoris ipsius Iesu ge-
ptias suas Christianis intolerabiles satis impie pro-

s hominis Genesi Religio, hoc est tot naturæ, regio-
j, Dæmones, affectus animi & mentis, cum vel ipso-
ion cogant, cum etiam in singulis regionibus aliquis-
t.

contemplationum vanitatem eventus ipse manife-
stianam 360. annos duraturam dixerunt, quam Al-
extendebat, Abraham Iudæus ad 1464, &, suo more

isti per Magiam facta esse contendunt exemplo Si-
yanæi, Appulei Madaurensis. Cum Simon vel eo
is sit, Iesu divinitati concederit. Et cuius Diabolica
rejecta & cum ipso extincta est.

Apol-